

ELEGÍAS DE TIBULO

LIBRO PRIMERO



ELEGIA I.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
et teneat culti iugera multa soli,
quem labor adsiduus vicino terreat hoste,
Marta cui somnos classica pulsa fugent;
me mea paupertas vita traducat inertem,
dum meus adsiduo luceat igne focus.
Ipse seram teneras maturo tempore vites
rusticus et facili grandia poma manu:
nec Spes destituat, sed frugum semper acervos
praebeat, et pleno pinguis musta lacu.



ELEGÍA I.

Otro el oro amontone y mil yugadas
Quiera tener de cultivado suelo;
Le aterrará cercano el enemigo,
Trompa de Marte ahuyentarále el sueño.
Dáme á mí la pobreza ociosa vida
Mientras brille en mi hogar constante fuego:
Plantas frutales con experta mano
Y tiernas vides sembraré en su tiempo.
Que no de mí se burle la esperanza,
Que ella siempre me ofrece, como premio,
En acervo los frutos, y me augura
Tener de mosto mis toneles llenos.

Nam veneror, seu stipēs habet desertus in agris
 seu vetus in trivio florida sarta lapis;
 et quodcumque mihi pomum novus educat annus,
 libatum agricolae ponitur ante deo.
 Flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona
 spīcea, quae templi pendeat ante fores;
 pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
 terreat ut saeva falce Priapus aves.
 Vos quoque, felicis quondam, nunc pauperis agri
 custodes, fertis munera vestra, Lares.
 Tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos;
 nunc agna exigui est hostia magna soli.
 Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
 clamet: «Io messes et bona vina date!»
 Iam modo iam possim contentus vivere parvo,
 nec semper longae deditus esse viae;
 sed Canis aestivos ortus vitare sub umbra
 arboris ad rivos praetereuntis aquae.
 Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
 aut stimulo tardos increpuisse boves,
 non agnamve sinu pigeat fetumve capellae
 desertum, oblita matre, referre domum.
 At vos exiguo pecori, furesque lupique,
 parcite: de magno est praeda petenda grege.

Yo rindo culto al solitario tronco
 Que en los campos señala los linderos;
 En el camino, á la vetusta piedra
 Que flores enguirnaldan, reverencio:
 Y de los frutos que me brinda Otoño
 Al dios del campo la primicia ofrezco.
 La corona de espigas de mis tierras,
 ¡Oh rubia Ceres! colgaré en tu templo;
 Y un Priapo rojo, con segur temible,
 Espantará á las aves en mi huerto;
 Y á vosotros, ¡oh Lares! que guardianes
 Del campo sois, si enantes opulento
 Ahora pobre, os daré vuestros presentes.
 Sacrificando una ternera, ha tiempo
 Lustraba mis rebaños; de mi hacienda
 Hora la hostia mayor es un cordero.
 Caiga un cordero, y los labriegos clamen:
 «¡Dadnos pingüe cosecha y vinos buenos.»
 Pueda yo, largos viajes evitando,
 Vivir con poco y de contento lleno
 Y á orillas de un arroyo y á la sombra,
 Huir del Can el ardoroso fuego.
 No me ha de avergonzar mover la azada,
 Ni azucar al buey tardo, ni en el seno
 Á la casa llevar al cabritillo
 Por su madre olvidado ó al cordero.
 Respetad mi grey pobre, y en las grandes
 La presa haced, ¡oh lobos carniceros!

Hic ego pastoremque meum lustrare quotannis,
 et placidam soleo spargere lacte Palem.
 Adsitis, Divi, nec vos e paupere mensa
 dona nec e puris spernite fictilibus.
 Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
 pocula, de facili composuitque luto.
 Non ego divitias patrum fructusque requiro,
 quos tulit antiquo condita messis avo:
 parva seges satis est, satis est, requiescere lecto
 si licet et solito membra levare toro.
 Quam iuvat inmites ventos audire cubantem
 et dominam tenero continuisse sinu
 aut, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster,
 securum somnos imbre iuvante sequi!
 Hoc mihi contingat; sit dives iure, furorem
 qui maris et tristes ferre potest pluvias.
 O quantum est auri pereat potiusque smaragdi,
 quam flet ob nostras ulla puella vias.
 Te bellare decet terra, Messalla, marique,
 ut domus hostiles praeferat exuvias:
 me retinent vinctum formosae vincla puellae,
 et sedeo duras ianitor ante fores.
 Non ego laudari curo, mea Delia; tecum
 dum modo sim, quaeso segnis inersque vocer.
 Te spectem, suprema mihi cum venerit hora,
 te teneam moriens deficiente manu.
 Flebis in arsuero positum me, Delia, lecto,
 tristibus et lacrimis oscula mixta dabis.

Lustro yo á mi pastor todos los años
 Y con leche el altar de Páles riego;
 De pobres mesas y de vasos puros
 No desdenéis, ¡oh dioses! los obsequios,
 De barro fácil, desde edad remota
 Fabricaron sus vasos los labriegos.
 Yo no quiero cosechas abundantes,
 No las riquezas de mis padres quiero;
 Con poca mies á mi ambición le basta,
 Bástame hallar para descanso un lecho.
 ¡Cuán grato oír los vientos, recostado,
 Á la amada estrechando en vuestro seno,
 Y hallar, si el Austro arroja nieve y agua,
 De la lluvia al rumor, plácido sueño!
 Goce esto yo; y el que la mar soporte,
 Que llegue á la riqueza con derecho.
 ¡Antes perezcan la esmeralda, el oro,
 Y no llore una niña un viaje nuestro!
 Por tierra y mar, Mesala, te conviene
 Guerras mover para ostentar trofeos;
 Á mí una niña, con amantes lazos,
 Me retiene á sus puertas, como siervo.
 No busco aplausos; por estar contigo,
 Cobarde, Delia, que me llamen quiero;
 ¡Que asido á ti con moribunda mano
 Mirarte pueda en mi postrer momento!
 Tú me habrás de llorar cuando me muera,
 Y con tu llanto mezclarás tus besos;

Flebis: non tua sunt duro praecordia ferro
 vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.
 Illo non iuvenis poterit de funere quisquam
 lumina, non virgo, sicca referre domum.
 Tu manes ne laede meos, sed parce solutis
 crinibus et teneris, Delia, parce genis.
 Interea, dum fata sinunt, iungamus amores:
 iam veniet tenebris mors adoperta caput:
 iam subrepet iners aetas, nec amare decebit,
 dicere nec cano blanditias capite.
 Nunc levis est tractanda Venus, dum frangere postes
 non pudet et rixas inseruisse iuvat.
 Hic ego dux milesque bonus: vos, signa tubaeque,
 ite procul, cupidis vulnera ferte viris;
 ferte et opes: ego composito securus acervo
 despiciam dites despiciamque famem.



Que no es de pedernal el pecho tuyo,
 Ni cubre tus entrañas duro hierro.
 Nadie podrá, si á mis exequias fuere,
 Volver, ¡oh Delia! con los ojos secos.
 No mis manes ofendas; tus mejillas
 Tiernas perdona y tus cabellos sueltos.
 Ve la muerte venir, envuelta en sombras;
 Nuestros dulces amores enlacemos;
 Ya llega la vejez, y amar no es dable
 Cuando blancos se tienen los cabellos.
 Culto rindamos al Amor, en tanto
 Que puertas quebrantar y reñir puedo;
 Seré soldado en la amorosa liza,
 Idos, clarines y banderas, lejos;
 Herid al codicioso, hacedlo rico,
 Las riquezas y el hambre menosprecio.



LIBRO II
ELEGÍA II



ELEGIA II

Adde merum vinoque novos compesce dolores,
occupet ut fessi lumina victa sopor:
neu quisquam multo percussum tempora Baccho
excitet, infelix dum requiescit amor.
Nam posita est nostrae custodia saeva puellae,
clauditur et dura ianua firma sera.
Ianua difficilis domini, te verberet imber,
te Iovis imperio fulmina missa petant.
Ianua, iam pateas uni mihi, victa querelis,
neu furtim verso cardine aperta sones.
Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
ignoscas: capiti sint precor illa meo.



ELEGÍA II

Dadme más vino para ahogar mis penas,
Y que un grato sopor mis ojos cierre;
Mientras mi amor se aduerme infortunado,
De la embriaguez, que nadie me despierte.
Guardan hierros su puerta, y á mi amada
La vigilan por mí, custodios crueles.
¡Oh puerta inexorable de mi dueño!
Que las lluvias te azoten inclementes,
Que los rayos de Júpiter te hieran.
Mas no; vencida por mis quejas cede,
Ábrete sólo para mí, furtiva;
Y no, al girar sobre tu quicio, suenes.

Te meminisse decet, quae plurima voce peregi
 supplice, cum posti florida sarta darem.
 Tu quoque ne timide custodes, Delia, falle.
 Audendum est; fortes adiuvat ipsa Venus.
 Illa favet, seu quis iuvenis nova limina temptat,
 seu reserat fixo dente puella fores;
 illa docet molli furtim derepere lecto,
 illa pedem nullo ponere posse sono,
 illa vivo coram nutus conferre loquaces
 blandaque compositis abdere verba notis.
 Nec docet hoc omnes, sed quos nec inertia tardat
 net vetat obscura surgere nocte timor.
 En ego cum tenebris tota vagor anxius urbe,

 Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro
 vulneret aut rapta praemia veste petat.
 Quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque
 qualibet: insidias non timuisse decet.
 Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis
 non mihi, cum multa decidit imber aqua.
 Non labor hic laedit, reseret modo Delia postes
 et vocet ad digiti me taciturna sonum.
 Parcite luminibus, seu vir seu femina fiat
 obvia: celari vult sua furta Venus.
 Neu strepitu terrete pedum, neu quaerite nomen,

Que caiga sobre mí, cuanto de malo
 Los dos dijimos contra ti, dementes;
 Recuerda mis palabras suplicantes
 Cuando adorné con flores tus dinteles.
 Tú también, Delia, á tu guardián engaña.
 Sólo Venus ayuda á quien se atreve.
 Y calla si al umbral se acerca un joven,
 Si una niña la puerta á abrirle viene,
 Y á andar enseña sin hacer rúido,
 Á dejar en silencio el lecho muelle,
 Y ante un esposo á usar señas locuaces
 Que palabras de amor ocultar suelen.
 Mas no esto enseña á todos; sólo á aquellos
 Que en noche obscura transitar no temen.
 Cuando recorro la ciudad ansioso,
 Venus en las tinieblas me protege,
 Impide que á robarme el ladrón salga,
 Y que me hiera el que á mi encuentro viene.
 No teme insidias y doquier sagrado
 Anda, el amante á quien Amor defiende.
 No en la noche invernal me daña el frío,
 Ni de lluvia abundante los torrentes,
 Si abre Delia sus puertas y me llama
 Golpeando sus dedos dulcemente.
 Hombre ó mujer que en mi camino encuentro,
 Cerrad los ojos; porque Venus quiere
 Que se queden ocultos sus favores.
 No á mí el rumor de vuestros pies me aterre;

neu prope fulgenti lumina ferte face.
 Si quis et imprudens aspexerit, occulat ille
 perque deos omnes se meminisse neget:
 Nam fuerit quicumque loquax, is sanguine natam,
 is Venerem e rapido sentiet esse mari.
 Nec tamen huic credet coniunx tuus, ut mihi verax
 pollicita est magico saga ministerio.
 Hanc ego de caelo ducentem sidera vidi,
 fluminis haec rapidi carmini vertit iter,
 haec cantu finditque solum manesque sepulcris
 elicit et tepido devocat ossa rogo:
 iam tenet infernas magico stridore catervas,
 iam iubet aspersas lacte referre pedem.
 Cum libet, haec tristi depellit nubila caelo;
 cum libet, aestivo convocat orbe nives.
 Sola tenere malas Medeae dicitur herbas,
 sola feros Hecatae perdomuisse canes.
 Haec mihi composuit cantus, quis fallere posses:
 ter cane, ter dictis despue carminibus.
 Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam,
 Non sibi, si in molli viderit ipse toro.
 Tu tamen abstineas aliis; nam cetera cernet
 Omnia: de me uno sentiet ille nihil.
 Quid credam? nempe haec eadem se dixit amores
 Cantibus aut herbis solvere posse meos,
 et me lustravit taedis et nocte serena

No mi nombre busquéis, y hasta mi rostro
 No acerquéis las antorchas refulgentes;
 Si alguno verme pudo, que lo calle;
 Que recordarlo, por los dioses, niegue,
 Que de sangre y del mar enfurecido
 Nació Venus, sabrá quien locuaz fuere.
 La hechicera veraz me lo asegura;
 Tu esposo no ha de creer á quien lo cuente.
 La ví del cielo arrebatat los astros,
 Detener de los ríos las corrientes,
 Abrir la tierra y evocar los Manes,
 Sacar los huesos de la pira ardiente;
 Convocar las catervas del Infierno,
 Volverlas á encerrar vertiendo leche,
 Del cielo triste dispersar las nubes,
 Y hacer caer en el verano nieve.
 Sola los perros de Hécate domara;
 Las yerbas, dicen, de Medea tiene.
 Hízome un canto que á engañar enseña,
 Mas tres veces cantar y escupir debes;
 Que nada creará entonces tu marido
 Aunque nos viera sobre el lecho muelle;
 Mas tú abstente; de otros los vería;
 De mí sólo no más él nada siente.
 ¿Lo creeré? ella dice que con yerbas
 Mis amores también desunir puede.
 Con su antorcha lustróme; ante sus dioses
 Ofreció una hostia negra, y yo roguéles

concidit ad magicos hostia pulla deos.
 Non ego totus abesset amor sed mutuus esset,
 orabam, nec te posse carere velim.
 Ferreus ille fuit, qui te cum posset habere,
 maluerit praedas stultus et arma sequi.
 Ille licet Cilicum victas agat ante catervas,
 ponat et in capto Martia castra solo,
 totus et argento contextus, totus et auro,
 insideat celeri conspiciendus equo;
 ipse boves mea si tecum modo Delia possim
 iungere et in solito pascere monte pecus,
 et te dum liceat teneris retinere lacertis
 mollis et inculta sit mihi somnus humo.
 Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
 prodest, cum fletu nox vigilanda venit?
 Nam neque tunc plumae, nec stragula picta soporem
 nec sonitus placidae ducere posset aquae.
 Num Veneris magnae violavi numina verbo,
 et mea nunc poenas impia lingua luit?
 Num feror incestus sedes adiisse deorum
 sartaque de sanctis diripuisse focis?
 Non ego, si merui, dubitem procumbere templis
 et dare sacratis oscula liminibus,
 non ego tellurem genibus perrepere supplex
 et miserum sancto tundere poste caput.
 At tu, qui laetos rides mala nostra, caveto
 mox tibi: non unus saeviet usque deus.
 Vidi ego, qui iuvenum miseros lusisset amores,
 post Veneris vinculis subdere colla senem


No de ti verme libre ú olvidarte,
 Sino que mutuos mis amores fuesen.
 De hierro fué quien prefiriera, necio,
 Botín y guerras cuando pudo haberte;
 Que él haga huir las turbas Cilicianas,
 Que en su suelo establezca sus cuarteles,
 Y que en caballo rápido lo admiren
 De oro y plata cubierto, cual lo quiere.
 Yo mismo unza mis bueyes, si tú me amas,
 O á pacer el rebaño al monte lleve;
 Yo he de hallar sueño blando en suelo duro
 Si puedo entre mis brazos retenerte.
 ¿Más á qué sin amor purpúreo lecho
 Si es noche de vigilia la que viene?
 No las colchas pintadas, no las plumas,
 Ni el rumor de las aguas adormece.
 ¿Yo, acaso, Venus, profané tu numen
 Y ahora sufre mi lengua penas crueles?
 ¿De los altares arranqué guirnaldas?
 ¿Fuí en los templos, acaso, irreverente?
 Yo sus umbrales besaré postrado,
 Si tal castigo mi impiedad merece,
 Y en la tierra arrastrando las rodillas,
 Ire, á su puerta, á golpear mi frente.
 Cuidate tú, que de mi mal te burlas,
 Que no es cruel el Amor con uno siempre;
 Que quien de joven del Amor se rie
 Anciano, á Venus á rendirse viene,

et sibi blanditias tremula componere voce
 et manibus canas fingere velle comas:
 stare nec ante fores puduit caraeve puellae,
 ancillam medio detinuisse foro.
 Hunc puer, hunc iuvenis turba circumterit arta,
 despuit in molles et sibi quisque sinus.
 At mihi parce, Venus; semper tibi dedita servit
 mens mea: quid messes uris acerba tuas?



Y ensaya con voz trémula ternezas,
 Sus muchas canas adornar pretende,
 Y en las puertas se para, de su amada
 Á la sierva en la calle audaz detiene,
 Y jóvenes y niños lo rodean
 Y cada cual le escupe el seno muelle.
 Mas, ¡oh Venus! perdón; tu esclavo he sido,
 ¡No con tus llamas tu cosecha quemes!





ELEGÍA III



ELEGIA III

Ibitis Aegaeas sine me, Messalla, per undas,
o utinam memores ipse cohorsque mei:
me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris:
abstineas avidas mors precor atra manus.
Abstineas, mors atra, precor: non hic mihi mater
quae legat in maestos ossa perusta sinus,
non soror, Assyrios cineri quae dedat odores
et fleat effusis ante sepulcra comis,
Delia non usquam, quae me cum mitteret urbe,
dicitur ante omnes consuluisse deos.



ELEGÍA III

¡Oh Mesala! ¡oh amigos! recordadme,
Y sin mí navegad por la onda Egea;
Que en las tierras ignotas de Feacia
Grave mal me retiene. Muerte negra,
Detén tus manos ávidas, te pido;
Mi madre no está aquí para que pueda
Guardar ella mis huesos, ni mi hermana
Para que amante bañe con esencias
Asirias mis cenizas, y su llanto,
Suelto el cabello, ante mi tumba vierta;
Ni Delia, que á los dioses consultara
Antes de consentir que el viaje hiciera.

Ille sacras pueri sortes ter sustulit: illi
 rettulit e triviis omina certa puer.
 Cuncta dabant reditus: tamen est deterrita numquam,
 quin fleret nostras respueretque vias.
 Ipse ego solator, cum iam mandata dedissem,
 quaerebam tardas anxius usque moras:
 aut ego sum causatus aves aut omina dira,
 Saturnive sacram me tenuisse diem.
 O quotiens ingressus iter mihi tristia dixi
 offensum in porta signa dedisse pedem!
 Audeat invito ne quis discedere Amore,
 aut sciat egressum se prohibente deo.
 Quid tua nunc Isis mihi, Delia, quid mihi prosunt
 illa tua totiens aera repulsa manu,
 quidve, pie dum sacra colis, pureque lavari
 te, memini, et puro secubuisse toro?
 Nunc, dea, nunc succurre mihi: nam posse mederi
 picta docet templis multa tabella tuis:
 ut mea votivas persolvens Delia voces
 ante sacras lino tecta fores cedent
 bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
 insignis turba debeat in Pharia.
 At mihi contingat patrios celebrare Penates
 reddereque antiquo menstrua tura Lari.
 Quam bene Saturno vivebant rege, priusquam
 tectus in longas est patefacta vias!
 Nondum caeruleas pinus contempserat undas,

Echó tres veces las sagradas suertes
 Y el niño interpretó mi pronta vuelta;
 Mas nunca de llorar dejó por eso,
 Ni apartó sus miradas de mi huellas.
 Yo mismo hallé consuelo, moratorias
 Oponiendo á mi marcha, ya resuelta:
 Presagios tristes, de Saturno el día,
 Ó ya las aves, mis pretextos eran.
 ¡Cuántas veces, ya en viaje, augurios malos
 Formé, porque mi pie chocó en la puerta!
 ¡Nadie llegue jamás á emprender viaje
 Si no es propicio Amor ó lo reprueba!
 ¿Y qué hará Isis por mí? ¿De qué me sirven,
 Delia, los sistros que agitó tu diestra?
 ¿Qué mientras rindes culto, en agua pura
 Te laves tú y en lecho puro duermas?
 ¡Diosa! ven en mi ayuda; tú lo puedes;
 Los exvotos del templo me lo enseñan.
 Cumpliré, Delia, entonces su palabra,
 Y dos veces al día y á tus puertas
 Te alabará de Faria ante las turbas
 Desatado el cabello, en lino envuelta.
 ¡Que su incienso mensual queme á mis Lares,
 Que á celebrar á mis Penates vuelva!
 ¡Cuán bien bajo Saturno vivió el hombre
 Antes de abrir caminos en la Tierra!
 El pino aún por las cerúleas ondas
 No daba al viento la preñada vela,

effusum ventis praebueratque sinum,
 nec vagus ignotis repetens compendia terris
 presserat externa navita merce ratem.
 Illo non validus subiit iuga tempore taurus,
 non domito frenos ore momordit equus,
 non domus ulla fores habuit, non fixus in agris,
 qui regeret certis finibus arva, lapis;
 ipsae mella dabant quercus, ulstroque ferebant
 obvia securis ubera lactis oves.
 Non acies, non ira fuit, non bella, nec ense
 immitti saevus duxerat arte faber.
 Nunc Iove sub domino caedes et vulnera semper,
 nunc mare, nunc leti mille repente viae.
 Parce, pater. Timidum non me periuria terrent,
 non dicta in sanctos impia verba deos.
 Quod si fatales iam nunc explevimus annos,
 fac lapis inscriptis stet super ossa notis:
 «hic iacet immitti consumptus morte Tibullus,
 Messallam terra dum sequiturque mari.»
 Sed me, quod facilis tenero sum semper Amori,
 ipsa Venus campos duceat in Elysios.
 Hic choreae cantusque vigent, passimque vagantes
 dulce sonant tenui gutture carmen aves:
 Fert casiam non culta seges, totosque per agros
 floret odoratis terra benigna rosis:
 ac iuvenem series teneris immixta puellis
 ludit, et adsidue proelia miscet Amor.
 Illic est, cuicumque rapax mors venit amanti,
 et gerit insigne myrteaserta coma.

Ni el navegante, con afán de lucro,
 Cargó su nave por ignotas tierras:
 No el yugo entonces soportaba el toro
 Ni el caballo su freno, y nunca puertitas
 El hogar tuvo entonces, y de los campos
 No fijó los linderos ni una piedra;
 Daban miel las encinas y su leche
 Espontáneas brindaban las ovejas;
 Y no hubo herrero que forjara espadas
 Porque no hubo ni ejércitos ni guerras.
 Hoy sendas mil se ofrecen á la Muerte,
 De Jove en el reinado por doquiera.
 ¡Oh Dioses! perdonadme; no el perjurio,
 No la impiedad sacrílega me aterran;
 Y si el fin de mi vida se aproxima,
 De mi tumba gravad sobre la piedra:
 «Yace Tibulo aquí; la muerte hirióle,
 Á Mesala siguiendo en mar y tierra.»
 ¡Que á los Campos Elíseos me conduzca
 Porque fui al Amor dócil, Venus mesma!
 Canto y danza allí privan; de las aves
 Allí los himnos dulcídidos resuenan;
 Dan plantas odoríferas los campos,
 Y rosas cubren la benigna tierra.
 Allí á combates el Amor provoca,
 Y jóvenes y niñas juntos juegan;
 Los amantes heridos por la muerte
 Allí están; luce el mirto en sus cabezas.

At scelerata iacet sedes in nocte profunda
 abdita, quam circum flumina nigra sonant:
 Tisiphoneque impexa feros pro crinibus angues
 saevit, et huc illuc impia turba fugit:
 tunc niger in porta serpentum Cerberus ore
 stridet et aeratas excubat ante fores.
 Illic Iunonem temptare Ixionis ausi
 versantur celeri noxia membra rota:
 porrectusque novem Tytios per iugera terrae
 adsiduas atro viscere pascit aves.
 Tantalus est illic, et circum stagna: sed acrem
 iam iam poturi deserit unda sitim:
 et Danaï proles, Veneris quod numina laesit,
 in cava Lethaeas dolia portat aquas.
 Illic sit, quicumque meos violavit amores,
 optavit lentas et mihi militias.
 At tu casta precor maneat, sanctique pudoris
 adsideat cultus sedula semper anus.
 Haec tibi fabellas referat positaque lucerna
 deducat plena stamina longa colu:
 at circa gravibus pensis adfixa puella
 paulatim somno fessa remittat opus.
 Tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet ante,
 sed videar caelo missus adesse tibi.
 Tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos
 obvia nudato, Delia, curre pede.
 Hoc precor, hunc illum nobis Aurora nitentem
 Luciferum roseis candida portet equis.

Y el Tártaro en la sombra oculto yace;
 Los negros ríos en su torno suenan.
 Tisífone, con sierpes por cabellos,
 La turba impía con furor dispersa;
 Hace silbar Cerbero sus serpientes
 Cómo un guardián, tendido ante las puertas;
 Ixión allí, por seducir á Juno,
 Sus miembros cansa en la movable rueda;
 Sobre nueve yugadas Ticio echado
 Con su entraña á los buitres alimenta:
 Junto á un lago, de sed Tántalo muere,
 Y huyen las ondas si á beber se acerca;
 Y por herir á Venus las Danaidas
 Echan agua á un tonel que nunca llenan.
 Vaya allí quien violara mis amores
 Y ambicionó mi prolongada ausencia.
 Mas tú, sé siempre casta, te lo ruego;
 Cuide tu madre tu pudor, ¡oh Delia!
 Que junto al fuego fábulas te cuente
 Mientras saca el estambre de la rueca;
 Y tú, hila entretanto hasta que la obra
 Al suelo caiga cuando al sueño cedas.
 Entonces vendré yo sin quien me anuncie:
 Creerásme enviado por el cielo, Delia,
 Y hacia mí, como estés, suelto el cabello,
 Los pies desnudos, volarás ligera.
 ¡Que la Aurora en sus fúlgidos corceles
 Día tan fausto conducirnos pueda!